

<p>Apuleius, Metamorphoses IV, 28, 29, 30, 31</p> <p>28 - <i>Erant in quadam civitate rex et regina. Hi tres numero filias forma conspicuas habuere, sed maiores quidem nati, quamvis gratissima specie, idonee tamen celebrari posse laudibus humanis credebantur, at vero puellae iunioris tam praecipua, tam praeclara pulchritudo nec exprimi ac ne sufficienter quidem laudari sermonis humani penuria poterat. Multi denique civium et advenae copiosi, quos eximii spectacula rumor studiosa celebritate congregabat, inaccessae formositatis admiratione stupidi et admoventes oribus suis dexteram primore digito in erectum pollicem residente eam ut ipsam prorsus deam Venerem religiosi venerabantur adorationibus. Iamque proximas civitates et attiguas regiones fama pervaserat deam, quam caerulum profundum pelagi peperit et ros spumantem fluctuum educavit, iam numinis sui passuri tributa venia in mediis conversari populi coetibus, vel certe rursum novo caelestium stillarum germine non maria, sed terras Venerem aliam virginali flore praeditam pullulasse.</i></p> <p>29 - <i>Sic immensum procedit in dies opinio, sic insulas iam proximas et terrae plusculum provinciasque plurimas fama porrecta pervagatur./ Iam multi mortalium longis itineribus atque altissimis maris meatibus ad saeculi specimen gloriosum confluebant: Paphon nemo, Cnidon nemo ac ne ipsa quidem Cythera ad conspectum deae Veneris navigabant; sacra diae praetereuntur, templa deformantur, pulvinaria proteruntur, caerimoniae negleguntur; incoronata simulacra et arae viduae frigido cinere foedatae. Puellae supplicatur et in humanis vultibus deae tantae numina placantur, et in matutino progressu virginis victimis et epulis Veneris absentis nomen</i></p>	<p>28 - <i>Vi erano in una città un re e una regina. Vi erano in una città un re e una regina. Questi avevano tre bellissime figliuole. Ma le due più grandi, anche se molto belle, potevano essere celebrate degnamente con parole umane; mentre la bellezza della più giovane era così straordinaria che il linguaggio umano appariva insufficiente non solo a descriverla, ma anche a lodarla. Così molti cittadini e molti forestieri accorrevano in gran numero attratti dalla fama di quella bellezza rara e, a vederla così incantevole, restavano stupefatti dinanzi a quel meraviglioso prodigio: accostavano la mano alla bocca con l'indice sul pollice disteso, la veneravano stando in adorazione, come avrebbero fatto dinnanzi alla stessa Venere. Nelle città vicine e nelle regioni attigue si era già sparsa la voce che la dea nata dall'abisso azzurro del mare e nutrita dalla rugiada delle onde era discesa in terra e si aggirava tra la gente concedendo a tutti la grazia della sua divina presenza, o che, invece, non il mare ma la terra stavolta avesse prodotto da un nuovo germe di stille celesti una nuova Venere, fiorita nell'incanto della sua verginità.</i></p> <p>29 - <i>Di giorno in giorno la sua fama andava crescendo smisuratamente e si propagava diffondendosi nelle isole vicine e da un luogo all'altro del continente. /Già molta gente intraprendeva lunghi viaggi e attraversava profondi tratti di mare per vedere quella grande meraviglia del secolo.. Nessuno più andava a Pafo, nessuno a Cnido, e neppure a Citera ad adorare la dea Venere. I sacrifici venivano rinviati, i templi erano in abbandono, i sacri letti calpestati, le sacre cerimonie trascurate; le statue erano lasciate senza corone di fiori, nessuno si accostava più agli altari, imbrattati di cenere spenta. Invece si invocava una fanciulla nel cui aspetto umano si intendeva adorare una</i></p>
---	---

<p><i>propitiatur, iamque per plateas commeantem populi frequenter floribus sertis et solutis adprecantur. Haec honorum caelestium ad puellae mortalis cultum inmodica translatio verae Veneris vehementer incendit animos et impatiens indignationis capite quassanti fremens altius sic secum dixerit:</i></p>	<p><i>dea; e la mattina, quando la fanciulla appariva, veniva venerata con sacrifici e offerte al posto di Venere quando poi passava per le piazze, il popolo assiepato le rivolgeva preghiere e le lanciava fiori sciolti o legati in mazzetti. Questo esagerato trasferimento di onori divini a una fanciulla mortale irritò terribilmente l'animo della vera Venere che, fremente di sdegno e scuotendo la testa, piena d'indignazione così diceva fra sé:</i></p>
<p>30 – “<i>En rerum naturae prisca parens, en elementorum origo initialis, en orbis totius alma Venus, quae cum mortali puella partiaro maiestatis honore tractor et nomen meum caelo conditum terrenis sordibus profanatur! Nimirum communi numinis piamento vicariae venerationis incertum sustinebo et imaginem meam circumferet puella moritura. Frustra me pastor ille, cuius iustitiam fidemque magnus comprobavit Iuppiter, ob eximiam speciem tantis praetulit deabus. Sed non adeo gaudens ista, quaecumque est, meos honores usurpaverit: iam faxo huius etiam ipsius inlicitae formonsitatis paeniteat</i>”. Et vocat confestim puerum suum pinnatum illum et satis temerarium, qui malis suis moribus contempta disciplina publica, flammis et sagittis armatus, per alienas domos nocte discurrens et omnium matrimonia corrumpens impune committit tanta flagitia et nihil prorsus boni facit. Hunc, quanquam genuina licentia procacem, verbis quoque insuper stimulat et perducit ad illam civitatem et Psychen - hoc enim nomine puella nuncupabatur - coram ostendit et tota illa perlata de formonsitatis aemulatione fabula gemens ac fremens indignatione:</p>	<p>30 – “Io, dunque, madre antica della natura, origine prima degli elementi, io, la Venere, che nutre tutto l'universo, sono costretta a dividere con una fanciulla mortale la gloria della mia maestà? E il mio nome, celebrato nel cielo è profanato da nefandezze terrene. E devo anche sopportare che a una sostituta si facciano sacrifici e che una ragazza destinata a morire porti in giro la sua persona come se fosse la mia immagine? Invano quel pastore, la cui giustizia e lealtà fu approvata dallo stesso Giove, mi scelse a preferenza di dee tanto grandi per la mia singolare bellezza? Ma non durerà a lungo nella sua felicità costei, chiunque essa sia, che si sta godendo onori a me dovuti! Ci penserò io a fare in modo che debba pentirsi perfino della sua illecita bellezza”. E senza por tempo in mezzo chiamò subito quel suo figlio alato e scanzonato il quale, non curandosi della pubblica moralità coi suoi cattivi costumi, va in giro di notte armato di frecce e fiaccole nelle case degli altri, profana i letti nuziali e impunemente ne combina di tutti i colori, senza mai fare niente di buono. Già per natura sfrenato e insolente, divenne ancora più forsennato con i discorsi che gli fece la madre, che poi lo condusse a quella città, e gli fece vedere da vicino Psiche, (questo era infatti il nome della fanciulla) e, dopo avergli raccontato tutta la storia di quel concorso di bellezza, gemendo e fremendo di sdegno gli disse</p>

<p>31 - <i>Per ego te "inquit" maternae caritatis foedere deprecor per tuae sagittae dulcia vulnera per flammae istius mellitas uredines vindictam tuae parenti sed plenam tribue et in pulchritudinem contumacem severiter vindica idque unum et pro omnibus unicum volens effice: virgo ista amore fragrantissimo teneatur hominis extremi, quem et dignitatis et patrimonii simul et incolumitatis ipsius Fortuna damnavit, tamque infimi ut per totum orbem non inveniat miseriae suae comparem".</i></p> <p><i>Sic effata et osculis hiantibus filium diu ac pressule saviata proximas oras reflui litoris petit, plantisque roseis vibrantium fluctuum summo rore calcato ecce iam profundi maris sudo resedit vertice, et ipsum quod incipit velle, set statim, quasi pridem praeceperit, non moratur marinum obsequium: adsunt Nerei filiae chorum canentes et Portunus caerulis barbis hispidus et gravis piscoso sinu Salacia et auriga parvulus delphinis Palaemon; iam passim maria persultantes Tritonum catervae hic concha sonaci leniter bucinat, ille serico tegmine flagrantiae solis obsistit inimici, alius sub oculis dominae speculum progerit, curru biiuges alii subnatant. Talis ad Oceanum pergentem Venerem comitatus exercitus.</i></p>	<p>31 - <i>La vicenda continua con la richiesta di Venere ad Amore di vendicare l'insolente bellezza di Psiche.....</i></p> <p><i>(La traduzione è di Gabriella D'Anna in L. Apuleio La favola di Amore e Psiche, Newton Compton, Roma 1995)</i></p>
---	--